BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh. Seite 187r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

INCIPIT EPISTOLA S. PAULI A.
AD ROMANOS.

PAULUS SERV. X. I.

VOCATUS APLUS segregatus in euan
gelium dei quod ante promiserat p
phas suos in scripturis sanctis de filio
suo. qui factus est ei ex semine dauid
secundum carnem. Qui predestinatus est fili
dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. ex re
surrectione mortuorum domini nostri ihesu xpi. per quem accepimus gratiam
et aplatum. ad obediendum fidei in omnibus gentibus. p no
mine eius. In quibus estis et vos vocati ihesu xpi. omnibus qui sunt rome
dilectis dei vocatis sanctis. gratia vobis et pax a deo patre nostro et
domino ihesu xpo. Primum quidem gratias ago deo meo per ihesum xpm
pro omnibus vobis. quia fides vestra annuntiatur in universo mun
do. Testis enim mihi est deus cui seruio in spiritu meo in euangelio fi
lii eius. quod sine intermissione memoriam vestri facio semper
in orationibus meis. obsecrans si quomodo aliquando tandem pros
peratum iter habeam in voluntate dei venendi ad vos.
Desidero enim videre vos. ut aliquid impertiar vobis gratie spiritalis
ad confirmandos vos. id est simul consolari in vobis. per
eam quae inuicem est fidem vestram atque meam. Nolo autem vos
ignorare fratres. quia sepe proposui venire ad vos. et prohibitus
sum usque adhuc. ut aliquem fructum habeam in vobis sicut et in
ceteris gentibus. Grecis ac barbaris sapientibus et insipientibus
debitor sum. ita quod in me promptum est et vobis qui rome estis
euangelizare. Non enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est in
salutem omni credenti. iudeo primum et greco. Iustitia enim dei in
eo reuelatur ex fide in fidem. sicut scriptum est. Iustus autem ex fide
viuit. Reuelatur enim ira dei de celo super omnem im
pietatem et iniustitiam hominum. eorum qui veritatem dei in
iniustitia detinent. quia quod notum est dei manifestum est
illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius